

S. P. D. Reverende Vir, frater in Christo dilecte. Deprehendi ex
tuis proximis, Francofurti mihi nuper allatis, significationem non
obscuram tua cum erga me benevolentia, et humanitate, tum
pietatis et sollicitudinis pro universa Ecclesia salute. Pro hac
animi tui erga me affectione, singulari gratias tibi amanter
et reverenter ago, et oro quam possum obire, ut, sicut coepisti,
si non omnino indignus videbor, benevolentia conjunctionem
et hanc feliciter inter nos inchoatam amicitiam pietate
et constantia, quae in vobis est eximia, etiam in posterum
tueri ac fovere pergas. In quae incidendum tempora vides, ubi
contentionum et distractionum nullus est modus: consensu vero
honorum, si ullo tempore, iam certe maxime opus est. Domini
spiritu suo nos instruat, erudiat, regat, et confirmet, ut ipsius
regnum voce nostra late propagetur, et per nos infirma or-
gana ipsi aliqua fiant grata et salutaria Ecclesiae. Ego vero
tibi vicissim polliceor, me sedulo daturum operam, atque effectum
etiam, ut nihil omnino, quod boni et ingenui amici offi-
cium requirere videbitur, in me desideres. Quod ad tuum Ec-
chiolum attinet, non hanc obiter inspexi tantum, sed et totum
penè evolvi et plerumque superstitiosius consideravi: tu vero
ne fas esse mihi scias, secus de vestrorum hominum scriptis
quam religiose iudicare. Quae ut sane alii perfectionem
absolutissimam, sed quis illam quae in sacrorum monumentorum
laboribus praestitit unquam? mihi pietas, modestia, sermonis
simplex proprietas, diligentia et quae ex ipsis fontibus hauriatur
fidei sit analogae explicatio, haec perfectionis et quam alio-
rum arquetia potiora sunt. In his cum mihi eruditum illud
scriptum cumulatissime satisfaciatur, improborum distorta iudicia
nihil moror. Tu vero nolim existimare me eò demeritis aut
impudentia adduci posse, ut de tuis et aliorum, qui me eru-
ditione, etate, longis rerum usu excolitis, et quorum dona, ea
qua par est, animi subiectione, agnosco et veneror, laboribus teme-
re iudicem; potius oro Deum, ut his et universis studiis vestris
sanctissimis jugiter benedicat. Si tamen omnino aliquid mihi tri-
buis, non aegre ferens de uno saltem loco admoneri te, quem penitus
introspicias et diligentius perpendas velim. Exstat is in primo
libro Paral: cap. in Heb. volumine 17. in Graeco 14. in Lat. 17.
hunc vulgata translatio sic habet, Et fecisti me spectabilem su-
per omnes homines hinc. Deus. verum nullus interpretum, quot-
quot ego quidem in mea Bibliotheca habeo, genuinum horum
verborum sensum asserenti mihi videtur: homini Philippo
sanctae memoriae sic reddidit: Et aspiciis me in forma hominis

De No 1572.
185)